Universitätsbibliothek Paderborn

Christiana Institvtio Virtutum & vitiorum sacri uerbi Dei declamatoribus admodum vtilis et necessaria

Ammiani, Sebastiano

Venetiis, 1562

Charitas oritur ex quatuor.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30415

Visual Library

ter damnabilis offenſa dicitur. omne enim peccatum mortale aduerſatur charitati inquantum à deo diuidit hominem. Vbi non eſt charitas, ibi non eſt Deus. Vnde Eſa. dicebat. Iniquitates ueſtræ diuiſerunt inter uos, & deum ueſtrum. Vbi uero charitas, ibi amor & Deus.

Eſa. 70.

Charitas oritur ex quatuor.

PRimo, ex re. Quemadmodum dicit S. P. Auguſtinus. Sicut ſeta introducit filum, ita timor charitatem. Secundo ex charitatis diſtributione, ut idem Auguſtinus ait. Charitas cum redditur in homine, creſcit in homine, & tanto magis acquiritur, quanto pluribus redditur. Tertio ex ſpe, & gaudio promiſſorū, uelut idem Pater Auguſtinus inquit; Spes de promiſſis, & gaudium de premijs, faciunt amorem dei, & proximi. Quarto ex contemptu terrenorum, uelut Auguſtinus idem aſſerit. Cum homo nulla terrena deſiderat, nihil eſt quòd eius erga proximum charitati contra dicat.

Auguſ.

Auguſ.

Auguſ.

Auguſ.